



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 123. Hujus rei veritas in quadam Congregatione ab Episcopo Segobiensi propugnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI
A.C. 1562

parabant: attamen Telefæ in terra Laboris Episcopus, qui regnante Julio III. Synodi Patribus a secretis erat, commentariis denuo lustratis, reperit illum Canonem non modo tunc a Patribus non firmatum, sed ne expensum quidem fuisse, quo supra modum gaviis legati, eorumque Princeps Cardinalis Mantuanus in cœtu quinta Novembris habito hujus rei præsens testimonium retulit.

§. CXXIII.

Hujus rei veritas in quadam Congregatione ab Episcopo Segobiensi propugnata.

Pallav. n. 8 Nihilominus Granatensis Archiepiscopus, cum prima vice in conventu die vigesima Octobris hujusmodi definitionem efflagitasset, tanquam precipuam sui petiti rationem proferebat, quod hic Canon sub Julio III. fuerit confirmatus, atque in hujus rei veritatem producebat testimonium Aialæ Segobiensis Episcopi, necnon Octaviani Præconii ex Ordine Fratrum Minorum Observantium tunc Archiepiscopi Panormitani, qui ambo hujus Pontificis ætate Synodo interfuerant. (*) Hos inter

(*) Subjungit Pallavicinus hæc verba: *Sanctæ*

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

ter Aiala in privatis congressibus cum legatis, una cum ceteris Hispanis narrationem comprobarat; quare is postea auditis, quæ Cardinalis Mantuanus retulerat, cum postridie loquendi rursus locum habuit, iterum confirmabat, in Julii III. conventu fuisse Canonem re ipsa perpensum a Patribus, & approbatum, simulque pro rei argumento protulit scriptam tunc a se, recitatamque Sententiam, ubi vel ipsius diei nota videbatur. Hac Aialæ testificatione non nihil turbatus videbatur Cardinalis Mantuanus, quasi mendacii postulatus sed gnarus, quam sit honestius summis viribus certamen retardare, donec illud una cum victoria eodem tempore sit habendum, hinc suam vindicaturus innocentiam, diem posterum præstolatus, tabulas publicas a Telesæ Episcopo allegatas afferri curabat: imo hic idem Episcopus ipsemet & hunc locum prælegit, indeque ea, quæ primus Legatus dixerat, vera esse demonstrabat. Postea Legati ad Cardinalem Borromæum perscribebant, quod Segobiensis Episcopus in pleno Patrum confesso de falsitate convictus, atque hic idem Ca-

Hh 4 non

tamen, cum postea Sententiam ex ordine dixerunt, illud ipsum testimonium non confirmarant, sed silentio præterierant.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

nunquam sub Crescentio Legato in Concilio fuerit confirmatus: idem quoque Vicecomes ad eundem Cardinalem perscripsit, significavitque, nullum ibi ex Patribus fuisse nominatum, qui decretum discuteret.

§. CXXIV.

De veritate facti ab hoc Episcopo relati.

Fallav. 2. 12. **H**aud tamen inficiari potest, in Sægobienſis Episcopi testimonio quamdam veritatis speciem contineri; rem ergo percipiamus ex iis, quæ Seripandus Cardinalis in sua peculiari huius rei gestæ narratione posteris reliquit. Itaque post quartam Sessionem, quæ sub Julii III. Pontificatu circa finem Anni millesimi quingentesimi quinquagesimi primi habebatur, commissus est Theologorum censuræ inter alios hic articulus: *Episcopos non esse jure divino institutos, nec Presbyteris Superiores, nec jus obtinere ordinandi, aut si obtinent, illud esse Presbyteris commune, eorumque ordinationes absque populi consensu irritas esse.* Eo examine absoluto die vigesima nona Decembris, circa capita, & circa Doctrinæ canones quoddam exemplar fuit conceptum, quod a Patribus expensum, auditæque de eo Sententiæ sunt per complures dies: tum decimo quarto